

Petrus de Vinea

*Ep. V 42 (Quia nostrae
innotuit maiestati...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 42 (Quia nostrae
innotuit maiestati...)*

1220-1266

Eidem contra eum, qui seruitiis curiae infestum se exhibet et molestum.

1. Quia nostrae innotuit maiestati, quod I. de ..., de Vrbe ueniens moraturus in nostris seruitiis, contrarius extitit plurimum et infestus, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, si tibi constiterit de predictis, memoratum I. uti pace et tranquillitate nostra aliquatenus non permittas. Nisi propter hoc in prouincia publicum scandalum, ex quo seruitiis nostris dispendium inferatur, posset oriri.